



## Bibliographische Daten

Titel: Notae Philologicae Ad Trigam Soloecismorum Politicorum  
Ersteller: Philippus Caroli  
Signatur: Will. VIII. 900. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

imagunculis plumbeis & Cochleis, squalenti: vesteq; laneâ vilissi-  
mi pretij ac tetrici coloris utens: cùm in publicis rationibus extent  
duo capita quorum altero XX. asses expensis feruntur. ut thoraci re-  
gio brachialia nova confuerentur: altero denarij XV. pro axungia  
ocreis regiis inungendis. vide Phil. Comineum lib. 3. Sic etiam An-  
tiochus Epiphanes, subinde regali veste deposita, vilem togam in-  
duebat, eaq; ad forum sese conferebat. in quo obvium quemq; pre-  
hensabat, ut ædilis aut tribunus plebis crearetur: Idem subinde à suis  
sese subducens aurifabrorum, aut aliorum opificum officinas adi-  
bat, ut cum illis confabularetur: aut certè qui primus vel è plebis  
face, occurreret, illum congerronem habebat. obviis & nunquam  
antea sibi visis munera sæpe numero dabat. interdum per compita  
numos projiciens, cui dat fortuna, capiat, inquebat: moxq; se in-  
de proripiebat. Interdum & fertis caput redimitus per urbem in-  
cedebat, lapides occultè circumferens, quibus aulicos, qui ipsum  
sequebantur, petebat. Idem balneis publicis & ad quas plebs con-  
fluebat, utebatur. ubi cùm aliquando plebejus quidam ei preciosis  
unguentis se perfricanti dixisset; Beati estis vos reges, quibus harum  
rerum usus suppetit, ex quibus tam bene oletis. at te ego istis, respõ-  
dit, ad satietatem usq; & ultra etiam explebo. Cujus promissi memor  
postridie ad locum, in quo is lavabat, accedit, & magnum vas un-  
guento preciosissimo. stacte appellato, plenum in ejus caput effun-  
dit. Cùm autem multi è plebecula (qui non procul & ipsi lavabãt)  
accurrentes, in unguento illo in terram effuso se volutarent. moxq;  
in loco illo, quia lubricus erat redditus. multi labentes risum spectã-  
tibus moverent: tandem & rex ipse ex illis suo lapsu risum excitanti-  
bus unus esse voluit. H. Stephan. in Herod.

*Medicum pro Consiliario*) Menecrates celebris epilepsia Me-  
dicus, nunquam in publicum prodibat, nisi suis, quos curaverat,  
stipatus. deorum habitu vestitis, & ipse purpurâ indutus, aureâ co-  
ronâ decoratus, crepidatus, sceptram deniq; in manibus, velut alter  
Diespiter gestans. Athenæus.

*Pyrrhi*) Vide El. Reus. hort. pol. cor. 1. de Alexandro vide  
Curtium. Sic Caligulam insana regni cepit aviditas. anno ætatis 77.  
Tiberius graviter ægrotare cœpit: cui filius C. Caligula, metuens ne  
convalesceret, postulanti cibum non suppeditabat, quod ei diceret  
obfuturum